



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt XXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

S. PETRI COLLEGIUM IN VRBE  
*Leodiensi.*

**S**anctus Hubertus Episcop. Leodiensis, an. 714.  
cōstruxit & redditibus dotauit monasterium S.  
Petri in Leodio. Ita legitur in quibusdam manu-  
scrip. Chronici Sigebertini Exemplaribus.  
Quod quidem Sancti Petri Monasterium cū  
à Normannis esset destructum, *Richarius*, Epi-  
scopus Leodiensis circa annum Christi 935.  
instaurauit, & triginta illic Canonicos consti-  
tuit: Vt Aegidius Bucherius Societatis Iesu  
Theologus in suo Chronico tradit.

## CAPVT XXII.

S. SALVATORIS HARLEBECA-  
*rum Collegium in Flandria.*

**H**arlebeca celebre Flandriæ municipi-  
um, olim opidū insigne ad Lisam Flu-  
uium, distat Cortraco milliaris vnus inter-  
uallo, habetq; vetus Canonicorū XII. colle-  
giū præter Præpositum qui est XIII. Spectan-  
tur eo in templo ante chorum tria, veterum  
Comitum Flandriæ, sepulchra humilibus fa-  
xis obtecta. Fuit enim Harlebeca pri-  
morum Flandriæ Comitum  
sedes ac Domicilium.



S. MARIAE COTRACENSE COL-  
legium in d. Tornacensi.

**C**Ortracum siue Curtracum, quod in Notitia prouinciarum *Curteriacum* nūcupatur, Flandriæ opidum ad Lizam Fluum, habet collegium Canoniorum, memoriae Virginis matris sacrum, sub Balduino Constantinopolitano Imperatore, & Fládrig Comite inchoatum: vt testatur Iacobus Marchantius in Flandriæ descriptione.

## CAPVT XXIII.

S. PHARAILDIS COLLEGIVM GAV-  
dense.

**S** Pharaildis Virgo parentes habuit *Theodoricum* Lotharingiæ Ducem, & *S. Amelbergam*, sororis Pipini Principis filiam, fratrem materno ex latere, *S. Emebertum*, Cameracensem Episcopum; Sorores *SS. Raineldim & Gudilam*. à B. Gertrude cognata sua de Sacro fonte leuata, litterisque instructa, pietatem à teneris annis egregiè coluit. Cumque impedire non posset quin à parentibus nuptui daretur, per omne tamen coniugij tempus illibatam virginitatem custodiuit, eadem nimirum præpotenti *S. Spiritus* gratia prædita, qua & ante eam *S. Cecilia*, & post *S. Henricus* Imperator  
vxorque